

si quis reputet quoto cuiq; hominum nosci uberrimā esse capturam sole transeunte piscium signum.

Digestio pisciū in figuras corporum. CAP. XX.

**M**arinorum alij sunt plani, ut rhōbi, solea ac passerēs, qui à rhombis situ tantū corporum differunt. Dexter resupinatus est illis, passeri laeuis. Alij lōgi, ut muræna, cōger. Ideo pinnarum quoq; sūt discrimina, quæ pedum uice sunt data piscibus. Nullis supra quaternas. Quibusdā binæ, quibusdam trinæ, aliquibus nullæ. In Fucino tantum lacu piscis est, qui octonis pinnis natat. Binæ omnino lōgis & lubricis, ut anguillis & congris. Nullæ, ut murænis, quibus nec branchiæ. Hæc oīa flexuoso corporum impulsu ita mari utūtur, ut serpētes terra: in sicco quoque repūt, ideo etiam uiuaciora talia. Et è planis aliqua non habent pinnas, ut pastinacæ: ipsa enim latitudine natāt. Et quæ mollia appellantur, ut polypis, quoniam pedes illis pinnarum uicem præstant.

De anguillis.

CAP. XXI.

**A**nguilla octonis uiuūt annis. Durant & sine aqua senis diebus aquilone spirāte, austro paucioribus. At hyemem eadem in exigua aqua non tolerāt: nec in turbida; ideo circa Vergiliæ maxime capiuntur, fluminibus tū præcipue turbidis. Pascūtur noctibus. Exanimis piscium solæ non fluitant.

De captura earum in lacu Benaco. CAP. XXII.

**L**acus est Italiæ Benacus, in Veronēsi agro Miniciū amnem trāsmissens, ad cuius emerſus annuo tempore octobri fere mense, autumnali sifidere, ut palam est, \*hyemato lacu, fluctibus glomerata uoluntur in tantum mirabili multitudine, ut in excipulis eius fluminis, ob hoc ipsum fabricatis, singulorum nilium globi reperiantur.

\*hyemante

De muræna.

CAP. XXIII.

**M**uræna quocūq; tēpore parit, cum cæteri pisces stato pariant. Oua eius citissime crescūt: in sicco littore lapsas uulgus coitu serpentū impleri putat. Aristoteles myrum uocat marem qui generat. Discrimen esse, q̄ muræna uaria & infirma sit, myrus unicolor & robustus, dentesq; extra os habet. In Gallia septentrionali murænis omnibus dextra in maxilla septena maculæ, ad formā septentrionis, aureo colore fulgēt, dūtaxat uiuētibus, pariterq; cū anima extinguuntur. Inuenit in hoc animali documenta sentitiæ Veditius Pollio eques Ro. ex amicis diui Augusti, uiuarijs earū immergens dānata mancipia, non tanq̄ ad hoc feris terrarum non sufficētibus, sed quia in alio genere totū pariter hominem distrabi spectare non poterat. Ferunt acetī gustu præcipue eas in rabiem agi. Tenuissimum his tergus: contra anguillis crassius, eoq; uerberari solitos tradit Verrius prætextatos, & ob id mulctam his dicit non institutam.

De planis piscibus.

CAP. XXIII.

**P**lanorum piscium alterū est genus, quod pro spina cartilaginea habet, ut raia, pastinacæ, squatina, torpedo: & quos bouis, lamia, aquila, rana, no-

minibus Græcia appellat. Quo in numero sunt squali quoq; quamuis non plani. \* Hæc Græce in uniuersum selache appellauit Aristoteles primus, hoc nomine eis imposito: nos distinguere nō possumus, nisi cartilaginea appellare libeat. Oīa autem carniuora sunt talia, & supina uescūtur, ut in delphinis diximus. Et cū cæteri pisces oua pariant, hoc genus solū, ut ea quæ ce te appellant, animal parit, excepta quā ranā uocant.

De echeneide.

CAP. XXV.

**E**t paruus admodū piscis assuetus petris, echeneis appellatus: hoc carinis adharēte naues tardius ire credūtur, inde noīe imposito, quam ob causam amatorijs quoq; ueneficijs infamis est, et iudiciorū ac litium mora quæ crimina una laude pensat, fluxus grauidarū utero sistēs, partusq; cōtinēs ad perperitū. In cibos tamē nō admittitur. Pedes eū habere arbitratur Aristoteles, ita posita pinnarū similitudine. Mutianus muricē esse latiorē purpura, neq; aspero neq; rotūdo ore, neq; ī angulos p̄deunte rostro, sed simplice, concha utroq; latere sese colligente: quibus inharētibibus, plenam uentis stetisse nauē, portantem nuncios à Periandro, ut castrarētur nobiles pueri, cōchasque quæ id præstiterint, apud Gnidiōrum Venerem coli. Trebius Niger pedalē esse, & crassitudine quinque digitorum: naues morari. præterea hanc esse uim eius asseruati in sale, ut aurum quod deciderit in altissimos puteos, ad motus extrahat.

De uarietate naturæ piscium. CAP. XXVI.

**M**utāt colorē cādida hyeme mena, et sūt æstate nigriores. Mutat et phycis, reliquo tēpore cādida, uere uaria. Eadē piscium sola nidificat ex alga, atque in nido parit. Volat hirundo, sane perquam similis uolucris hirundinis item miluus.

De lucerna pisce, & dracone marino. CAP. XXVII.

**S**ubit in summa maria, piscis ex argumēto appellatus lucerna, linguaq; ignea per os exerta, tranquillis noctibus relucet. attollit è mari sesquipedanea fere cornua, quæ ab his nomen traxit. Rursus draco marinus captus, atq; immisus in harenam, cauernam sibi rostro mira celeritate excauat.

De piscibus sanguine carētibus. CAP. XXVIII.

**P**iscium quidā sāguine carēt, de quibus dicemus. Sunt autē tria genera. In primis quæ mollia appellantur, deinde contacta crustis tenuibus, postremo testis cōclusa duris. Mollia sunt, loligo, sepia, polypus, & cætera eius generis. His caput inter pedes & uentrem, pediculi octoni omnibus. Sepiæ & loligini pedes duo ex his longissimi & asperi, quibus ad ora admovent cibos, & in fluctibus se uelut ancoris stabi-

liunt: cæteri cirri quibus uenantur.

De loligine, & sepijs, & polypis, & nau-

tilis. CAP. XXIX.

**L**oligo etiā uolitat, extra aquā se efferēs, qd̄ & peccūculi faciunt, sagittæ modo. Sepiarū generis mares uarij et nigriores, cōstatiæq; maioris. Percussæ tridente fæminæ auxiliantur, at fæmina

\*Hæc Græcia in uniuersum selache appellauit Aristoteles primus hoc nomen imposuit.

ictō